

Aliis relatis Rofa *dict. consulti. 50. numero 7. & 8.* Plerumque sub prætextu ejus quod interest usura palliatur, ut cum Baldo, Panormitano, Ancharrano, Alexandro, Romano, Decio, Paulo Castrensi, Sylvano, Craveta, Rolando, Salon de Paz, Mandello, Peregrino, Menochio, Felino, Cagnolo, Rebuffo, Palacios, Rub. Petro Barbosa, Antonio Gabriël, Berraz, Carroz, Thefauro, Gail, Mascardo, Tuscho, Tepato, Graciano, Gregorio Lopez, Petro Gregor. Ambros. Pignate. Joan. Gracian. Ploro, Lupo, Gutierrez, Joann. Dilect. Stracca, Felicio, Gaspar Rodriguez, Mariano Freccia, Hevia Bolaños, Pascuale, Scaccia, Grassi, Colero, Vivio, Marta, Bellono, Cavalcano, Gamma, Mastrillo, Peguera, Mohedano, Rota Romana, Farinacio, Casaneo, Didaco Perez, Mozio, Hermostilla & Camillo de Medicis probat. Thomas Carleval. *de jud. tom. 2. titulo 3. disputat. 8. sectio. 6. numero 79.* Quibus addendi Nata *conf. 490. numero 7. & Castillo dict. capite 1. num. 18.* Quia similis conventio in mutuo non differt ab usura, ut statim probabitur, sed quia hæc aliqua explicatione egent, liceat aliquantulum inmorari.

49. Quamvis enim ex diversa causa oriatur ratio exigendi pro damno, vel pro lucro, & inter se plurimum differant, ut docet Baldus in *leg. omnes populi, numero 55. ff. de just. & jur. Michael Salon. dict. questione 72. artic. 2. controvers. 1. in princ.* Scaccio de *commerciis §. 10. questione 7. part. 2. ampliat. 8. numero 271. cum sequentibus.* Eisdem fermè regulis, consistunt Textus in *leg. si commissum 13. ff. rem rat. hab. leg. si vero, §. si mihi, ff. mandat. leg. 2. in fin. de eo quod cert. loc. leg. un. Codice de sentent. qua pro eo quod inter. notat alius relatis Leortardus questione 30. numero 28.* Licet negari non potest nota differentia respectu, exactionis, quia interesse damni emergentis, tanquam favorabilius non clauditur terminis legitimarum, ut dicunt, usurarum, cum ratione ejus debeatur quicquid damni secutum fuit, culpa, & factio debitoris, *dict. leg. unica. §. in aliis. ibi; ut hoc quod re vera inducitur damni, hoc reddatur. maxime si damnum intrinsecum sit; Textus in leg. sterilis. 21. §. cum per vendi-*

torum, *Digest. de action. empt.* Neque excedat duplum in casibus certis, *dicta lege unica* notat Antonius Faber in *Cod. libro 7. titulo 16. defn. 2. numero 10. in not.* Quod autem dicatur intrinsecum vel extrinsecum explicant relati per Castillo *dict. capite 1. numero 23. & sequentibus.* Hermostilla in *dict. leg. 10. titulo 1. part. 5. glos. 4. numero 15.* lucri vero cessantis interesse, boni viri arbitrio regulandum venit per Judicem, ita ut ad exiguam quantitatem reducatur, Textus in *leg. in pratoris 9. leg. ultim. in fin. ff. de prator. stipulat.* Ratio autem hujus differentie est, quia favorabilior semper judicatur, qui certat de damno vitando, quam qui de lucro captando Textus in *leg. non debet 41. §. 1. ff. de regulis juris.* Ubi Pertus Faber, Revardus, & Cujacius; Antonius Faber in *Codice dict. libro 4. titulo 24. defn. 8. numero 4. in not.* Hermostilla *dict. glos. 4. numero 19.* & ex Theologis Michael Salon ubi proxime, & controvers. 9. circa principium, vers. ex his sequitur, cum duobus sequentibus. Et cum utrumque interesse consistat in facto Textus in *leg. quatenus 24. ff. de regulis juris nihil certum in pactionem, vel stipulationem deduci potest, quia modò plus, modò minus, & interdum nihil interest l. procurator 8. in fin. rem rat. habet. l. si quis 13. ff. de re judic.* Et cum factum pendeat à futuro eventu, de quo nulla potest esse certitudo, non potest taxari tempore contractus, quia contrahentes non sunt divinatores, neque Prophetæ, ut accuratè perpendit Carleval. *dict. disp. 8. sect. 5. n. 80.* Ob quod judicis est arbitrari ex probationibus quantum cujusque interfit *l. in pratoris 9. ff. de Prato stipul. l. judicatum 9. ff. judic. solvi* cum similibus adductis per Leortardum questione 1. numero 14. & 31. questione 72. numero 1. questione 74. ex numero 1. questione 75. numero 8. cum sequentibus. & questione 76. numero 36. & cum Avendaño, Gaspar. Rodriguez, Cencio, Scaccia, Azor, Emanuele Rodriguez, & Rebello, Hermostilla *dict. glos. 4. numero 30.* Flores de Mena in *addit. ad Gam. decision. 110. numero 3.* Neque his obstare potest Textus in *dict. leg. final. ff. de prator. stipulat. ibi; commodus est certam summam comprehendere, quoniam plerumque difficilis probationis est quanti cujusque interfit.* Nam in eo Text. Venule-

51. jus loquitur de stipulationibus conventionalibus à jure permittis, quales sunt istæ quæ ad instar actionis habentur, & ut sit nova actio intercedunt, ut de legatis, tutela, rem ratam haberi, & damni infecti. Textus in *leg. 1. §. 2. ff. eod. titul.* non autem in re suspecta, & ex se prohibita, qualis est aliquid ultra sortem pacisci in mutui datione, contra naturam ipsius contractus. Ob quod quorics sub prætextu ejus quod interest, quid certum in pactionem deducitur ex mutui contractu usura simulati præsumitur, & committi crimen improbi scenoris, ut aliis adductis probat Carleval. *dict. sectio. 6. numero 99.* Neque ea quæ traduntur à Dominico Gaito in *tract. de credito & camb. capite 2. titulo 7. numero 1702 cum sequentibus.* nostræ assertioni opponuntur. Quia præterquam quod contrarium tenent Doctores ab ipso citati numero 1686. & plures alii adducti per Carleval. *dict. sect. 6. numer. 79.* qui numero 86. cum sequentibus. demonstrat quo ex his quos pro sua sententia Gaitus laudat, aliqui eam non firmant; omnibus adæquatam repositionem præbet ex numero 100. per plur. sequent. & in summa ille loquitur de substantentia pacti in Cambio, dum agitur civiliter, quod subsistit concurrentibus requisitis ab eo propositis, quorum tertium est probatio facti, ut asserit numer. 171. Nos autem de indicio resultante ex dicto pacto, dum probatione facti non eliditur, ut explicabitur *infra numer. 61.*

56. Ratio autem propter quam suspicio oritur ex simili, conventione est, quia taxatio ejus quod interest in initio contractus, præsertim in mutuo, illicita reputatur, ut tenent omnes relati *suprà n. 48.* quando in ea taxatione habetur respectus ad quantitatem debitam, non ad id quod interesse potest, ex accidentibus futuris, quæ incerta sunt, & varia Textus, in *leg. si Kalendas 11. ff. de re judic. leg. si quis stipulatus sit 112. in fin. ff. de verbor. obligat.* Cujacius in *dict. leg. unic. C. de sent. pro eo quod inter.* Carleval. *d. sect. 6. n. 8.* Pactum enim de successivo interesse pro ratione fortis præstando, solo nomine differt ab usura, Roman. *conf. 150. num. 8.* Nara *conf. 417. numero 3.* Grassi *decis. 1. tit. de usur. numero 2.* Peguet. *d. decis. 30. numero 6. & 7.* Riminald. *conf. 118. numero 92.* DD. Laur. Matheu, de Re Crim. Pars 1.

Peregrin. *conf. 85. numero 10.* Bimius *conf. 137. per 101.* Mascard. *d. concl. 924. numer. 25. & 26.* Rota apud Farin *decis. 325. n. 1. part. 2.* Mart. *vor. 165. num. 3.* ex nostratibus Dominus Covarr. *d. lib. 3. c. 4. num. 5.* Gaspar. Rodrig. *d. lib. 3. quæst. n. 40.* & Carleval. *d. sect. 6. num. 81. cum sequentibus.*

Et quamvis plures tenuerint licitum esse, deducere in pactionem in simile interesse à principio contractus, quos cumulat Carleval. *d. sect. 6. num. 85.* Hoc assertum procedit in foro interiori, ad quem non requiritur probatio facti, cum in eo judicetur, per hypotheseim, nempe secundum ea quæ proponuntur, quæ habentur pro veritate, cum alias ipse proponens decipiatur à se ipso *2. tua nos de sponsal.* Panorm. Felin. Covarr. Menoch. Suarez, Vasquez, Molina, & alii apud Carleval. *d. sect. 6. numer. 75. & 78.* In foro exteriori similis conventio in tantum justa est, atque subsistit, in quantum aliunde de facto constat, ut tenent omnes Doctores laudati *suprà n. 48.* & adducti per Carleval. *d. n. 78.* quibus addendi Gutierrez in *pract. crim. q. 89. num. 2.* Ant. Faber in *C. d. lib. 4. tit. 24. defn. 36. n. 12. in not.* Hermostilla *d. glos. 4. numer. 33. 37. 40. & 103. cum seqq.* Leonard. *d. q. 72. num. 9.* Joan. Paul. Melius *de obser. 147. ex num. 4.* Et sic suspecta remanet conventio de usura palliata sub nomine interesse, & nullius momenti censetur, nisi in quantum factum probatur, nec mutuatarius tenetur nisi quatenus dampnum subsecutum fuit, vel lucrum amissum, sic tenuit Salon. *dict. contr. 8. dub. quæ conditiones servanda, vers. secunda est.* Tufchus, Gaspar Rodriguez, Mascard. & Covarruvias apud Hermostillam *ibidem numero 304.* Castillo. *dict. capite 1. numero 47. cum sequentibus.* Carleval. *dict. sect. 6. numero 80. & 95.* Neque ex eo quod postea factum probetur resultare potest, quod conventio suspecta non sit, ut tradit Hermos. *dicta glos. 4. numero 347. cum sequentibus.* Sed quod similis præsumptio elidatur per probationem supervenientem, quia tunc præsumptio cedit veritati. Textus in *leg. divus ff. de in integ. restitut. ut cum Baldo, Alexandro, Puppurato, Graciano, Rebuffo, Surdo, & Laderch. probat Leortardus, dict. questione 72. numero 11.* Larrea *allegat. 15. numero 27.*

Ulterius quia has conventiones certæ Dd 3 quanti



quantitatis in initio contractus initas, reprobantur expresse Constitutiones Summi Antistitis S. Pii V. ut in Bulla dat. 14. Kal. Febr. anni 1569. quæ est 79. apud Laërtium Cherub. tom. 2. Bullar. pag. 276. in §. 7. ibi: *Paſſa continentia moroſum cenſus debitorem ad intereſſe lucri ceſſantis, vel ad cambium, ſeu certas expenſas, aut certa ſalaria, ſeu expenſas medio iuramento creditoris liquidandas, aut rem cenſui ſubjectam, ſive aliquam partem amittere, ſeu aliunde acquiſitum perdere, aut in aliquam panam cadere, ex toto irrita ſunt & nulla.* Subſequitur declaratio ejuſdem Pontificis diei 10. Junii anni 1570. apud eundem Laërtium d. tom. 2. pag. 277. in cujus §. 7. hæc verba habentur. *Præterea exactionem illarum expenſarum prohiberi, quæ ex pacto, vel conventionione tantum inter contrahentes inita, & inſtrumento cenſus appoſita reſci promittuntur, non autem eæ quæ ex juris diſpoſitione repetenda veniunt, & mandato Judicis adjudicantur.* Ex his clauſulis clarè elicitur mens Summi Antistitis, quo ad prohibitionem ſimilium conventionium in ipſo contractu cenſus, in quo faciliter ad uſurariam pravitatem contrahentes declinare ſolent, ut pluribus relatis tradit Don Joſephus Vela diſſertat. Hiſpal. 28. numero 12. & 54. Ad eod ut Constitutiones Nicolai V. & Pii V. atque aliorum Pontificum neceſſaria fuiſſent ad præſcribendam formam, ut abſque conscientia uſuratum in eis celebrandis, in hoc enim ita contractus cenſus aſſimilatur mutuo, ut eadem ratio militet in uno, ac in alio, & ſic plures tenuerunt. Felic. Solis, de cenſ. libro 1. capite 9. numero 24. Ceuſus eodem tractatu, quaſtione 57. numero 8. & 10. Sigifmundus Scaccia d. ampliat. 8. numero 206. Gaſpardus Rodericus de annis redditibus libro 2. capite 20. numero 92. Azotius inſtitut. Moral. part. 3. libro 10. capite 13. Emanuel Rodriguez in explicat. diſt. Bullæ, dubio 7. Navar. ibid. poſt comm. de uſur. gloſ. 9. a numero 90. Rebell. de juſt. & jur. libro 10. quaſtione 6. numero 14. Hermoſilla diſt. gloſ. 4. numero 39. neque ratio diſparitatis apparet, quia in contractu cenſus pretium quo venditur juſ exigendi annuos redditus, nunquam debetur a venditore, ſed tantum redditus in terminis assignatis, qui verè ſunt res vendita, & realis fors dedu-

ta in contractu, ex quibus ratione moræ interdum deberi poteſt intereſſe ratione damni emergentis, & lucri ceſſantis, ut in terminis docent Franquius dec. 254. numero 12. & ibi Amendola in addit. numero 7. Urſilius ad Afflic. deciſione 291. numero 5. Milanenſis deciſione 8. numero 3. libro 11. Scipio Rovitus dec. 9. numero 5. dec. 43. numero 11. & ad pragmat. de cenſibus numero 38. Trentacinq. variar. libro 1. titulo de intereſ. cap. 1. numero 25. Scaccia diſt. ampliat. 8. numero 294. Don Franciscus Hieronymus Leon. decif. Valent. 13. numero 10. Grivel. deciſione 103. numero 5. & 11. Antonius Faber in Cod. diſt. lib. 4. titulo 36. definiſione 13. numero 15. & 16. Et ſic dum in re vendita, & verà forte prohibetur conventio de re certa, ratione ejus quod intereſt in eodem contractu, ſic ſimiliter prohibita erit in aliis contractibus, quorum non ut acceſſio acceſſionis, ſed tanquam prima acceſſio forſis deberi poteſt. Secundò: nam in alia Conſtitutione ejuſdem Pontificis S. Pii V. dat. diei 1. Februar. anni 1571. prohibetur in cambiis conventio certæ quantitatis pro intereſſe in principio contractus: eſt Bulla 98. apud Laërtium in eodem 2. tom. Bullar. pag. 327. cujus verba ſunt hæc: *Porro ad tollendas quoque in cambiis quantum cum Deo poſſumus occaſiones peccandi, fraudesque ſæneratorum, ſtatuimus, ne deinceps, quiſquam audeat ſive a principio, ſive alias certum, & determinatum intereſſe etiam in caſum non ſolutionis paſſi. Cuius Conſtitutionis meminit Leotardus d. quaſt. 72. numero 22. qui cum Villagur, Navarro, Barboſa, Lancelloro, Feliciano Solis, Farinacio, Gratiano, & Salas, tenet ad mutuum non extendi propter majus periculum uſuræ quod reperitur in cambio, quam in mutuo. Quæ ratio in eos retorquetur, nam ſi hæc concedamus in cambio, negari non poteſt quod in mutuo majus periculum ineſt uſuræ, & injuſtitia, quam in contractu cenſus, qui adinſtar emptionis & venditionis celebratur: nam ut dixi ſuprà, & omnes fatentur, propria ſedes uſuræ eſt mutuum: & ſi ſic ſub hæc Conſtitutione cambiorum, non comprehenditur mutuum, comprehenſum erit ſub prohibitione cenſus; quia ex utraque prohibitione mens Pontificis elicitur clarè in præcludendis machinationibus,*

tionibus, & fraudibus ſænerantium in quocumque contractu, in quo ſuſpicio uſuratum cadere poteſt: & dum in extremis hæc ſtatuit, etiamſi ſupponamus mutuum medium obtinere, idem in eo diſpoſuiſſe credendum eſt, ut pluribus adductis probat Hermoſilla in leg. 8. tit. 3. part. 5. gloſ. 1. cum trib. ſeq. n. 2. cum ſeqq.

66. Hæc itaque præſumptio fraudis, & ſrenoris improbi procedit, quia taxatio ejus quod intereſt nullo jure poteſt pertinere ad ipſos contrahentes. Non ad debitorem, ſive mutuatarium, neque in vim tranſactionis, probationis, aut confeſſionis, quia in materia prohibita, & ſuſpecta, ubi legibus fraus fieri poteſt, qualis eſt caſus uſuratum, non ſtatut. confeſſionibus, aut aſſertionibus partium, etiamſi juraverint: bene Guzman de civit. quaſt. 14. numero 13. Larrea diſt. deciſione 84. numero 16. in ſin. pluribus Carleval. diſt. ſectione 6. numero 96. Nam dum pecunia eget, neceſſitate opprimitur, & ſtrangulatur ad conſtitendum, quidquid creditor exoptat, ut fateatur Leotardus diſt. quaſtione 72. numero 10. & doctè perpendit Carleval. diſt. ſectione 5. numero 54. Neque ex ſpontanea voluntate debitoris excuſari poteſt creditor à dolo, quando uſuras promiſſas admittit, vel exigit. Text. in leg. ſi quis ſervo 20. Cod. de ſurt. optime Menochius d. caſ. 298. numero 18. Similis enim voluntas, eſt ſicut projecientis merces in mare, compulſi rigore tempeſtatis, ut conſiderat Salon dicto articulo 1. controverſ. 1. circa ſin. verſ. ad ſeptimum.

68. Ad creditorium multò minus poteſt pertinere, quia nemo ſibi ipſi legem dicere poteſt, Text. in leg. qui juriſdictioni, ff. de juriſd. leg. unie. Cod. ne quis in cauſ. ſua. Petrus Barboſa in leg. ſi quis, numero 114. ff. de judic. Guazinus diſt. deſenſione 1. cap. 21. numero 15. Auguſt. Barbol. in collect. d. leg. unie. dominus Gregorius Lopez in leg. 10. titulo 4. part. 3. Donel. lib. 17. com. cap. 25. ubi Illiger. littera B. Carleval. de jud. titulo 1. diſputat. 4. numero 9. Antonius Faber in juriſprud. tit. 1. illar. 3. princ. 4. Dominus Creſpi. obſervat. 60. numero 10. in terminis Scaccia de Commer. §. 1. quaſt. 7. part. 1. numero 38.

69. Si enim Judici, qui inſpectis actis, &

ſecundum allegata, atque probata religioſè judicare tenetur, prohibitum eſt, in re ad ſe pertinente ſententiam ferre, quàm magis prohibitum erit privato, qui de lucro captando actu tractat, taxare quantum ſua intereſt defectus pecuniæ: Hoc enim illi concedere, eſt ponere ferrum in manu furioſi. Demum ex facto pendet æſtimare quantum cujuſque interſit, ut dixi ex leg. quatenus 24. ff. de reg. jur. hoc factum probare difficillimum eſt dicta leg. ſin. ff. de Præſt. ſtipulat. Nam, ut dictum eſt cum Carleval. & aliis plerumque pendet ex futuro eventu, & ita incertum eſt quod neque lege definiſi poteſt, ut tradit Leotardus quaſtione 71. num. 37. Facere enim is ad quem pertinet, quod lex facere non valet antequam factum appareat, iniquitatis, atque remeritatis indicium eſt. Prætor ad quem de jure ſpectat hoc arbitrari, juxta facti probati circumſtantias, adhibitiſque peritis, difficiliter diſcernere valet quantum cujuſque interſit, ob quod minimum ſequi tenetur dict. leg. ſin. in ſin. ff. de Præſt. ſtipulat. leg. non debet 41. §. 1. ff. de reg. jur. Docent Petrus Faber, Revardus & Cujacius in diſt. leg. quatenus, & in dicta lege non debet, §. 1. Leotardus diſt. quaſt. 75. numero 25. ergo nunquam abſque ſuſpitione injuſtitia fieri poteſt ab ipſo ad quem negotium ſpectat: neque in poteſtate contrahentium eſt, licitum fieri, quod ex ſe illicitum eſt, ut ex Baldo, Cagnolo, Purpurato, Colero & aliis probat Leotardus diſt. quaſtione 74. numero 4. & ex Alexand. Decio, Tiraquello, Gregorio Lopez, Avendaño, Gaſpar. Rodrig. Maſcaro, Carrozio, Caſtillo, Rota, Cavalcano, Maſtrillo, Farinacio, Scaccia & Santarello, Carleval. diſt. ſectione 6. numero 96. Licitum enim fieret fœnus quod ex ſe illicitum eſt, ſi in arbitrio contrahentium reſideret, adhibito nomine ejus quod intereſt, aliquid ſucceſſivè capere non conſtitit de facto per quod percipi poſſit, an intereſſe ſit, an uſura: quia facti probatio requiritur ex d. leg. quatenus, ut pluribus probat Carleval. d. diſputat. 8. ſect. 1. numero 9. Nec relevat quod periculum præviſum patiendi damnum, vel amittendi licetam, tanquam quid pretio æſtimabile, poteſt à principio in conventionem deduci, ſicut jactum retis,



ut considerat Salon *d. controversia 8. circa finem, vers. & confirmatur.* Quem sequuntur plures, & Leotard. *d. questione 82. numero 15.* nam id non negamus; sed dicimus quod similis taxatio, ut fuerit ipsi, Salon *in vers. ad tertium, & Leotardus numero 26.* fieri debet arbitrio prudentis atque periti, non ad libitum ipsius cuius interest, & si ab ipso fiat, suspicionem inducit, dum factum non probatur. Neque ex usu regionis hæc cessare possunt, quamvis cum aliis sic tenuerit Hermosilla *d. gloss. 4. numero 306.* Quia nulla consuetudine fieri potest, ut aliquo casu permittantur usurae, pluribus relatis Olea *de cess. jur. tit. 3. questione 12. numero 27. & 35.* Ob quod dummodò per probationes non apparet quod deductum in conventionem est interesse, non usura, semper præsumptio remanet.

73 Hæc licet generalem regulam constituant, ut præsumptio fœnoris oriatur ex conventionem certæ quantitatis successivæ præstandæ ad rationem sortis, fallit in aliquibus speciebus, quarum factum ex ipsis manifestum fit. Primum in dote promissa, & non soluta; nam si in constitutione promittatur interesse moderatum, debetur marito ratione damni emergentis, quia in damno est, dum onera matrimonii sustinet, & dos ei non solvitur, sive proxima fuerit in re fructifera, sive in pecunia, aut re mobili. Text. *in leg. fin. §. præterea, Cod. de jur. dot. cap. salubriter de usur.* ubi August. Barbof. *numero 2.* pluribus Giurba *ad consuet. Mesan. cap. 3. gloss. 5. parte 1. numero 14. cum seqq. & Carleval. d. disputat. 8. partion. 3. numero 18.* Si enim ratione huius damni in stipulationem deduxerit maritus, id quod frequenter solvi solet ratione fructuum, hoc est ad rationem quinque pro centenario, ut docet Antonius Faber *in C. d. lib. 4. titulo 24. definit. 7. numero 11.* Quod congruit cum his quæ de consuetudine Hispaniæ tradit Hermosilla *d. gloss. 4. numer. 306.* Neque ratione excessus, neque ex ipsa conventionem resultat suspicio usurae palliatæ. Quia factum necessarium ad excludendam præsumptionem resultat ex eadem substantia contractus, ut cum Avendaño, Valasco, Castillo, Affligis, Olasco, Cácherano, Francisco Marco, Cavalciano, Gratiano, Farinacio, Giurba, Feliciano So-

lis, Gaspare Rodriguez, Surdo, Fontanella, Navarro & Soto probat Hermosilla *d. gloss. 4. numer. 150.* & cum Covarruvia Didaco Perez, Menesio, Molina, Mantica, Lupo, Heringio, Pyrro Mauro, Caballo, Baëza, Carleval. *dicta sectione 3. numero 25.* quibus addendus Castro Palao *d. disput. 4. punct. 20. per tot.* Sic similiter si res fructifera vendita fuerit habita fide de pretio, cuius generis contractus in Regno Valentini frequentissimus est, & vocatur *debitorium*, de quo latè Don Franciscus Hieronymus Leon *decisi. 48. numero 2.* ne venditor careat re, & pretio, juxta *leg. curabit, Cod. de action. empt. pacificatur* aliquod annum ratione fructuum. Vel habens pecuniam paratam ad lucendum censum, vel redimendum pignus sub usuris datum, eam amico mutaverit, absque suspitione usurae poterit in ipso contractu sibi præcavere ratione damni, quod imminet: licet semper in hac ultima specie probare tenebitur extrema prædicta, nempe censum, aut pignus cum usura pacti, & pecuniam paratam habuisse ad luitionem; ut docuit Antonius Faber *d. definit. 7. cum sequentibus*, quem sequitur Leotardus *d. quest. 75. numero 34.* Hermosilla *d. gloss. 4. numero 47.* in prima specie plures tenent nostram sententiam, quos cumulat Carleval. *dicta disputatione 8. sectione 5. numero 48.* & licet ipse dubitet, verior & benignior amplectenda est, ut poena & crimen vitetur; præcipue animadverso, quod favorabilior est causa huius creditoris, quia ex hoc mutuo lucrum non consequitur, sed tantum suæ indemnitati consulit, quod nullo jure prohibetur; licet ea simulatè non semel supponantur in contractibus; & in iudiciis nefariè probantur, quarum iniquitatum solus Deus est ultor, sed severus.

Major difficultas versatur in eo, qui paratas habet pecunias ad reficiendam domum, vel navim; nam si rogatus ab amico mutuo dederit, & pacificatur quid certum; & successivum ratione damni imminenti, non liberabitur à suspitione usurae palliatæ, quia damnum in incerto versatur, cum pendeat à futuro eventu comprobatio ejus quod interest. Si enim durante mora debitoris, domus nullam patiatur jacturam, neque pretium locationum diminuat

tur, nihil ratione damni debetur; si aliquod detrimentum sustineat ad mensuram detrimenti debitor tenebitur; & cum absolute antequam damnum sequatur, quid certum, & successivum in conventionem deducitur, iniqua conventio est, Text. *in dicta lege unica, Cod. de sentent. pro eo quod inser.* semper namque inspiciendum est, ne plus damni emergentis nomine creditor consequatur, quam reverà illatum sit, culpa, & factio debitoris, ut prudenter probat Salon *dicta controversia 8. ad fin. vers. tertia conditio, & post eum Leotardus dicta questione 75. numero 9.* Neque ob semel emergens damnum successivum interesse statui debet, ut Leotardus alijs relatis probat *ibidem.* Quamquam interdum damnum successivum esse possit, ut puta si domus inhabitabilis fiat, vel navis innavigabilis reddatur: quæ omnia ex futuro eventu, & facto dependent, quod divinare patres non possunt, ut dixi; & sic dum propheticè paciscuntur, suspicio usurae palliatæ resultat. Si autem domus, vel navis omnino pereat, ad hoc ut debitor refundere universum damnum teneatur, inspiciendum est, an ejus culpa & facto perierit, an verò æquè peritura esset, etiamsi debitor solvisset: nam si æquè peritura erat, ad præstationem damni non tenetur debitor; Text. *in l. si plures §. 1. ff. de posit. l. item si cum 14. §. quid si homo ad fin. ff. quod met. caus. l. is qui recipit 44. ff. ex quibus causis major.* ubi Doctores: Anton. Faber *in C. d. lib. 4. definitione 14. titulo 24. numero 6. & in not. & definit. 24. numer. 4.* Quando culpa, & facto perierit debitoris, tunc damnum refundere tenetur. Sed hæc non sunt huius controversiæ.

Denique inspiciendum venit an damnum proveniat ex mutuo; vel non: quia si creditor pecuniam habet post mutuum ex qua reficere domum poterat, & ob avaritiam, vel pusillanimitatem, eam reservat, & domus perit, non tenebitur debitor ad refundendum damnum; quia par, vel major culpa adest in ipso creditore. Sic tenent Cajetanus *in 2. 2. s. Thom. dicta questione 78. articulo 2. ad 1. & verb. usura 5. cap. 2. cas. 3. §. conditio.* Cardinal. Toler. *libro 4. capite 23.* Petrus Navarra *de rescriptis. libro 3. capite 2. dubio 8.* Conrad. *de contract. questione 30. conclusione 1.* Salas *de usura*

*dubio 20. numero 6.* Salon. *dicta controversia 8. ad fin. vers. quarta conclusio.* Castro Palao *de just. & jur. dicto tractatu 32. disputat. 4. punct. 8. numero 7. vers. verum, Trullench. d. lib. 7. decal. capite 17. dubio 8. numero 7.* Quod pariter de jure procedit, Text. *in leg. sed est, ff. si quis caus.* Cujacius *in d. leg. unic. Cod. de sentent. quæ pro eo quod inter. c. l. 3.* Gaspar. Rodriguez *d. libro 3. questione 5. numero 10. cum sequentibus.* Licet contrarium procedat si creditor solium habuerit pecunias necessarias ad necessitates occurrentes pro se, & familia, ut omnes superius relati tenent. Hæc omnia probationem desiderant *d. leg. 2. §. nunc de officio, ff. de eo quod certo loco, cum alijs deductis à Leotardo d. g. 75. numero 8.* Castillo *d. lib. 2. contr. c. n. 46.* Hermosilla *gloss. 4. numero 304.* cunctos referens Carleval. *dicta disputatione 8. sectione 1. numero 9.* Quod in judicialibus absque dubio procedit: ergo deficiente probatione, suspecta conventio manet. In probationibus autem adest opus, & labor, quia qui fœnoris addicti sunt, quidquid desiderant ad palliandam usuram probare audent, & sæpissime probant, ita ferentè temporum avaritia, & in felicitate, ut in simili dixit Antonius Faber *dicta definit. 36. numero 2.* omnino videnda ad exemplum angustia quam patiuntur usurarii in exitu ab hac vita, utiq; iniqui, avarissimi, & inhumani.

Ratione lucri cessantis similiter, id quod interest, ex probatione æstimandum venit: sed cum hic titulus non sit ita favorabilis, ut in damno; multum iudex invigilare tenetur, ut sibi constet de qualitatibus requisitis à jure, quia alias non debetur. Et quanto plures sunt, augeatur præsumptio fraudis in conventionem à principio facta de præstando quid certum, & successivum ad rationem sortis. Varii sunt Doctores, tam Theologi, quam Jurisconsulti, in tradendis istis conditionibus. Sed placet doctrina Castrensis *in leg. 2. §. fin. ff. de eo quod certo loco qui eas ad tres reducit.* Hunc sequuntur plures adducti per August. Barbof. *in c. in quibus §. de usur. n. 7.* & Leotard. *d. g. 74. ex n. 3.* Quæ quidem sunt, ut intercedat mora debitoris, quod creditor solitus sit negotiari, & quod occasio lucri fieri in promptu, si ve proxima. Et cum probatione egeant præ-



præsertim in mutuo, nam in eo contractu omne lucrum prohibitum est, ea deficiente conventio usuraria præsumitur. Ratio est; quia eo ipso quo mutuans tractat de lucro captando suspectus fit de usura palliata, quia operatur contra naturam contractus, quem celebrat: nam in mutuo lucrum repugnat, imò eo ipso quod intercedat, mutuum esse definit, & fœnus contrahitur, ut probat Textus in leg. si tibi decem, in prin. ff. de pact. ibi: re enim non potest obligatio contrahi nisi quatenus datum sit. Ita Cujac. libro 11. observat. capite 37. Pichardus in prin. institut. quibus modis re contrah. obligat. numero 14. Antonius Gomez libro 2. Variar. capite 6. numero 1. pluribus Hermosilla in leg. 1. titulo 1. part. 5. glos. 3. numero 2. & 3. Fœnus namque est quando aliquid ultra sortem promittitur, aut speratur, ita ut neque solutionem à debitore aucupari liceat ex mutui causa absque peccato, docent Antonius Faber dict. definit. 24. numero 4. Paulus Layman in Theolog. moral. libro 3. capite 16. numero 2. vers. secundo est pretio estimabilis. Leotard. questione 3. per tot. Gutierrez in pract. crimin. dict. questione 88. numero 5. quo probat usuram esse dare mutuum cum pacto tacito, vel expresse cujuscumque muneris, sive à lingua, sive à manu, sive ab obsequio procedat. Sed ut clarius nostra sententia percipi possit, aliquantulum immorari liceat in his explicandis.

88 Omissa in primis qualitate ab aliquibus desiderata, quod mutuum fiat invito creditore tanquam communiter rejecta, ut ait Leotard. dict. questione 74. numero 6. Ut lucri cessantis interesse debeatur (in quo non differt ab interesse damni emergentis, ut cum Hondedeo, Lupo, Cagnolo, Covarruvias, Petro Barbosa, Menochio, Scaccia, Castillo & plurimis Theologis probat Hermosilla d. glos. 4. num. 21. & numero 298.) requiritur mora debitoris Textus in lege socius 16. leg. lecta 40. ff. de reb. credit. leg. qui autem 14. ff. de constit. pecun. leg. 3. ff. de in lit. iur. leg. ultra modum 15. Codice de act. imp. 89 Craveta consil. 46. numero 9. Stracca de mercatur. titulo de contract. mercat. numero 3. Sotus de Just. & iur. libro 6. questione 1. artic. 3. conclus. 1. Lupus de con-

tract. comment. 1. §. 6. numero 11. Hondedeo. consil. 50. numero 21. Carpan. ad statut. Mediolan. cap. 43. numero 8. Menoch. de arbit. cas. 119. numero 2. Scaccia dict. questione 7. part. 2. ampliat. 8. numero 94. cum sequentibus. Afflict. decision. 284. Rota Genuenf. decision. 37. Peguera decision. 33. numero 6. Rota Rom. apud Farinacium 1. parte decision. ultim. & 2. parte decision. 262. numero 1. Antonius Faber in Cod. dict. libro 4. titulo 24. defn. 9. numero 8. & 9. & defn. 10. cum sequentibus. Gaito. de credit. dict. capite 2. titulo 7. numero 1703. Hermosilla omnes Hispanos referens dict. numero 288. Neque repugnat Leotard. dict. questione 7. numero 8. Sed declarat conclusionem in aliquibus speciebus. Quid autem mora sit, & quando dicatur contracta tradit Pichardus in disput. de mora, numero 23. cum sequentibus. Si enim mora requiritur, ut omnes fatentur, ad interesse legitime consequendum, ratione lucri, suspicio ingens oritur usura palliata, si antequam mora intercedat, vel intercedere possit de lucro capiendo contrahentes conveniunt.

Secundo requiritur quod creditor solutus sit negotiari; quam conclusionem ultra Paul. Castrenf. & Menoch. tenuerunt Craveta consil. 310. numero 3. Lupus dict. §. 6. numero 17. Natta consil. 430. numero 2. & 4. Mascard. de probat. dict. conclus. 934. numero 1. Andr. Gail. libro 1. observat. 6. numero 3. Dominus Covarruvias dict. libro 3. Var. capite 4. numero 1. Felician. Solis de censib. libro 2. capite 5. numero 14. Carrocus de locat. titulo de lucr. cess. minor. numero 16. Valatius de privileg. pauper. parte 1. questione 26. numero 32. Castillo dict. capite 1. numero 34. cum sequentibus. Hermosilla dict. glos. 4. numero 310. & sequentibus. Gaito dict. titulo 7. numero 1704. & Gutierrez in pract. crimin. questione 90. numero 9. Cujus explicatio maximopere placet: quia non absolute tenuit, quod creditor petens lucrum mercator sit, negotiationi lucrosæ principaliter addictus; sed quod pecunia ejus destinata sit ad aliquam negotiationem lucrosam. Quod ego intelligerem juxta personarum de quibus agitur qualiter: nam si pecuniam mutuo dans fuisset vir nobilis, qui neque per se, neque per alium mercatu

mercaturam exercere solet; ineptum esset credere; quod lucrum cessat, quia potuit commercia exercere in linreaminibus, seticis, vel aromatibus, aut edulibus. Cum etiam si testes id deponerent inverisimile esset, quare eis fides iustissime denegabitur. Textus, in leg. ob cæmen 21. §. 3. ff. de testib. ibi: qua rei aptiora, & vero proximiora esse compererit. Plura Farinacius questione 65. numero 144. Sed si probaverit quod paratam habuit pecuniam ad emendam domum, censum, vel prædia, quoniam verisimile est respectu suæ qualitatis, hoc requisitum; comprobatum remanebit: quæ respectivè in ceteris procedunt, ut cum Lupo, Mascardo, Covarruvias, Palacios Rub. Rolando, Petro Barbosa, Surdo, Scaccia, Tufcho, Gaspare Rodriguez, Felicio, Feliciano. Solis, Castillo, & Valasco probat Hermosilla dict. glos. 4. numero 137. Mediante qua declaratione, removebitur difficultas proposita per Leotardum dict. questione 74. numero 25. Quod autem pecunia destinata fuisset ad negotiationem ita intelligendum puto, ut habeatur in via, & vera ac reali habitudine ad lucrum: qualis ea est, quæ praviam animi destinatione per aliquem actum externum, præparata est, ad negotiationem; & cum qua dominus re vera intendebat exercere aliquod negotium sibi utile; & lucrosum. Non autem pecunia aservari solita, & quæ nunquam negotiationi exposita fuit: sic disserit Salon dict. articulo 2. controversia 9. in prin. & conclus. 1. & sub titulo qua conditiones requirantur condition. 1. per totam. De jure id ipsum probatur, quia pecunia otiosæ neque interesse, neque usura debetur. leg. qui semisses 13. §. 1. ff. de usuris, leg. si navis 62. ff. de rei vindicat. Leotardus questione 35. numero 3. Cujacius in dict. leg. 62. de rei vindicat. 94. Ex quo sequitur, quod personæ quibus interdicta est negotiatio, & ratione lucri cessantis nihil capere, aut petere possint, neque sub eo prætextu à pena usurariæ pravitatis excusati. Ponere exemplum in clerico cui interdicta est negotiatio causa lucris, Textus in cap. secum 6. de Clerici, vel Monach. ubi communiter Doctores; vel

in Magistratu, aut Judice quibus prohibitum est negotiari in provincia quam administrant; in qua jus dicunt, Textus in leg. non solet 6. §. legatos, ff. de Officio Proconsulis, lege principalibus 37. ff. si certum petatur, leg. auferatur 46. §. quod à Præside, ff. de jur. fise. lege unic. Codice de contr. judic. capite 1. de sententia & re judicata, in 6. pluribus Carleval. de jud. titulo 1. disputat. 3. numero 1. de jure nostro Textus in leg. 5. titulo 5. parte 5. ubi Gregorius Lopez glos. 2. leg. 2. titulo 6. libro 3. recopil. & ibi Azevedo, Dominus Solorzano libro 5. politici capite 11. de quo plura infra 2. parte controversiæ 1. numero 9. cum sequentibus. Si enim istis, & ceteris quibus prohibita est negotiatio, ratione lucri cessantis in mutuo conventionem fecerint, sub eo prætextu excusari ab usura non possunt, latè probat Barbosa in leg. 2. parte 2. numero 46. ff. solut. matrimon. & post eum Castillo dict. capite 1. numero 42. Quia cum respectu eorum prohibita sit quæcumque negotiatio lucrosa, sicut latè probat Scaccia dict. questione 7. parte 2. limit. 17. præcipue numero 16. non potest luctum cessare si ipsi lucrare non possunt, neque habere pecuniam addictam negotiatione lucrosæ.

Tertiò quod possibilitas lucrandi in eo genere negotiationis, quod in eis verisimile est, sit proxima; non autem remota, & quod occasio lucrandi amittatur culpa, & factò debitoris. Sic probant ultra Castrensem & Menochium, Natta dicto consil. 450. numero 6. Cravet. dict. consil. 310. numero 3. Faquin. libro 11. controversiæ capite 39. Mallrill. decision. 245. numero 45. & 46. Gracianus dicta disceptatione 67. numero 10. & disceptatione 987. numero 22. Mohedan. decision. 3. de usur. Scaccia dict. ampliat. 8. numero 111. Rota apud Farinacium dict. parte 2. decision. 325. numero 1. & parte 1. decision. 774. Gamma decision. 110. numero 16. & 20. ubi Flores de Medina, Castro Palao dicta disputat. 4. puncto 8. numero 6. cum sequentibus. Quia sub nomine ejus quod interest solvendi veniunt ea quæ factò & culpa debitoris amittuntur. Textus in leg. si commissi, ff. rem rat. haber. Leotardus questione 71. numero 3. Hoc requisitum ipse



ipse Leotardus libenter admittit in dicta questione 74. numero 14. quo ad illum qui non est solitus negotiari; & post eum sic tenent Hermosilla dicta glos. 4. numero 320. & Carleval. dicta sect. 6. numero 97. & 103; in mercatore autem opinatur Leotardus sufficere probationem consuetudinis negotiandi; ad quod plures autoritates adducit. Sed hoc non semper procedit; nam ut Carleval. cum Colero, Afflic. Escobar, Scaccia, Hermosilla & aliis acutè, dixit d. numero 103. non ex eo quod aliquis mercator sit, inde certè inferatur, quod lucratur, imò quotidie plures mercatores foro cedunt; non solum non adquisito lucro, sed capitali etiam amisso, quia mercatura est exposita magno iacturæ periculo, fortè plus quam lucro. Ego enim distinguendum puto; itaut mercator qui apothecam venalium rerum apertam habet, refertam rebus vendibilibus, vel qui omni negotiationi vacat, & pecuniam destinatam habet ad commercium cunctarum rerum, in urbe vel oppido ubi negotia ordinariè geruntur, cum vero simile sit lucrum successivum à communiter contingentibus; ei ex mora debeatur juxta loci, & commercii qualitatè, si probaverit consuetudinem negotiandi modo prædicto. Cùm occasionem proximam, & continuatam habeat lucrandi successivè. In eo verò qui commercium exercet in his quæ ab exteris ad portus devchuntur, vel in certa specie negotiationis, quæ ex sui natura intermissionem recipit, necessariam credo probationem occasionis proximæ, ut dici possit quod lucrum amiserit, ut tenuit Hermosilla dicta glos. 4. numero 315. & 318. qui alios adducit. Et cùm hæc omnia in facto consistant, secundum ea quæ probata fuerint regulari debet interesse dicta leg. quatenus 24. quod ex conventionatione partium suppleri non valet, ut dixi absque usuræ, & fraudis suspitione. Et casu quo omnia requisita probentur, non debet iudex concedere universum lucrum, quod ex negotiatione dicitur posse adquiri, quia semper minimum sequi debet. Textus in dicta leg. fin. ff. de Prator. stipulat. Detrahendum namque est periculum negotiationis, labor, indu-

stria, & expensæ ut cum Molina, Toletò, Lessio, Silvestro, & aliis probant Salon dicta articuli 2. controvers. 9. condit. 6. Castro Palao dicta puncti. 8. numero 8. ex nostri juris Interpretibus plures adducti per Don Joan. Castillo dicta capite 1. numero 53. Hermosilla numero 321. Leotardus dicta questione 74. numero 35. cum sequentibus & Carleval. d. section. 6. numero 101. & sequentibus. His omnibus attendere posse, qui pecuniam cum usura quærit, incredibile est, ut experientia quotidiana demonstrat: qui mutuo dat, & lucrum quærit, multo minus, ob quod semper remanet suspiciosa conventio, dummodò probatio facti non fiat. Quod Aula in his solet arbitrari; quoties interesse lucris cessantis deductum in conventionatione ab eo qui solutus est negotiari, excedit decemem, hoc est ad rationem decem pro centenario, usurarius contractus reputatur, etiamsi cetera requisita probentur; quia sic definitum habemus in leg. 9. tituli. 18. lib. 5. recopilat. ubi Matienço & Azevedo; in eo verò qui negotiationi adductus non est, ad rationem dodrantis sive octo pro centenario. Et quamvis Hermosilla dicta glos. 4. numero 140. dicat quod in praxi in non solito negotiari conventio de interesse quincunci, sive quinquè pro centenario ex consuetudine licitum in Hispania reputatur, si de cæteris requisitis non constat, de jure contrarium procedit, & consuetudo in his nihil potest operari, ut probat Olea de cess. jur. titulo 3. questione 12. numero 26. cum sequentibus. quare ejus opinio attendenda non est.

Aliud est indicium, seu veriùs comprobatio improbi scenoris palliati, nempe, quando centum aurei mutuo dantur sub usura sive interesse decem, & ex sorte decem statim detrahuntur, & instrumentum conficitur universæ summæ solvendæ intra annum. Quod ultra conventionem certæ quantitatè, quæ ex se suspicionem inducit, triplici vitio, sive fraudè laborat. Primum quia mutuum celebratur, & contra naturam ipsius contractus plus in obligationem deducitur, quam verè numeratum est, dicta lege si tibi decem 17. ff. de pactis, cum aliis adductis supra numero 86. & iniquissimè quæ detrahuntur, in sortem compu-

computantur, Text. in leg. eos 16. §. super, Cod. de usuris. Docent Salon dicto articulo 2. controversia 10. vers. oppositum. Scaccia dicta ampliatione 8. numero 87. & 97. Gaito d. titulo 7. numero 1719. Castillo d. capite 1. numero 69. Narbona in leg. 15. titulo 17. libro 5. recopilationis, glos. 4. numero 45. Hermosilla d. glos. 4. numero 300. Leotardus questione 5. ex numero 1. & questione 61. numero 20. qui plures referunt. Secundo quia dum conventio fit sub expressa pactione solvendi decem pro centenario, mutuatarius in computatione decipitur, quia undecim, & amplius, solvit, cum reverè fors nonaginta tantum aureis constet: quod pariter iniquum est, & prohibitum in dicta lege 9. ut cum Lessio, Medina, Rebello, & Salas notat Castro Palao d. puncti. 8. numero 9. Leotardus dicta questione 72. numero 26. apud quos plures, & inter eos Alphonsum Narbona invenies: & transacto anno, si mora intercesserit, mutuatarius compellitur prestare usuras usurarum, seu interesse alterius interesse quod patitur nefarium est, Text. in l. placuit 29. ff. de usur. l. si non sortem 26. in prin. vers. supra duplum, ff. de condit. indebit. leg. ut nullo modo 28. Cod. de usur. leg. sanctimus, Cod. de usur. rei judic. leg. improbum 20. Cod. ex quibus infam. irrog. Covarruvias, Gutierrez, Molina, Matienço, Azevedo, Castillo & Narbona apud Larream d. decisione 84. numero 8. cum duobus sequentibus. Castillo dicto capite 1. numero 55. Hermosilla d. glos. 4. numero 280. Leotardus dicta questione 5. numero 13. & questione 86. numero 7. cum sequentibus: novissimè Josephus de Rosa consultat. 50. numero 2. Rota Romana apud Melium post observat. forens. decisione 150. numero 49. Tertio, quia etiamsi per suppositionem concedamus quod usura decem licita sit, cum ea debeatur ex usu pecuniæ, quia usura ab usu denominatur, vel à pretio usus, ut docent dominus Covarruvias dicto libro 3. var. capite 1. in principio. Sotus in 2. 2. Sancti Thome, dicta questione 178. articulo 1. Salon. dicta controversia 9. condit. 7. Petrus Gregorius dicto libro 21. syntagm. capite 3. numero 2. Felicianus Solis dicto libro 1. capite 5. numero 1. Castillo dicto capite 1. numero 69. Layman dicto libro 3. tractatu 4. capite 16. numero 1. Rosa dicto D.D. Laur. Mattheu, de Re Crim. Pars 1.

consilio 50. numero 7. Ante usum ipsius pecuniæ, solvere illius pretium injustissimum est: & in simili conventionatione antequam debitor beneficium usus percipere possit, damnum usuræ centesimæ, fermè patitur quod omni jure prohibetur. Nam adhuc de jure civili, in quo usuræ ab Ethnicis tolerabantur, ut dixi, eisdem legibus expressè hujusmodi nequitia prohibebatur. Text. in d. leg. eos 16. §. super, Cod. de usur. ibi: interdicta licentia creditoribus ex pecuniis sanctori dandis aliquid detrahere, vel retinere. Neque hoc sub prætextu lucris cessantis, vel damni emergentis retineri potest, quia repugnat regulis quibus interesse consistit, ut probat Leotardus dicta questione 72. numero 26. qui alios laudat. Ob quod in Aula severissimè nequitia hujusmodi plecti solet, & ex eo solo contractus usurarius reputatur, ut pluries judicavi, & judicari vidi.

Solet etiam usura palliari sub nomine ejus quod interest in contractu emptionis, & venditionis, ut puta dum res carius venditur habita fide de pretio, & excessus computatur ad mensuram temporis tardæ solutionis, cap. in civitate, cap. consului de usur. ubi Doctores dominus Covarruvias dicto libro 3. capite 3. numero 9. latè Scaccia de commerc. dicto §. 1. questione 7. parte 1. numero 24. aliis relatis Leotardus d. questione 8. numero 26. Carleval. d. disputat. 8. sect. 5. n. 44. Quando ex anticipata solutione fructus colligendi, vel merces asportandæ exiguiori pretio venundantur, Gutierrez in pract. crimin. d. questione 83. numero 1. Leotardus d. questione 8. numero 27. Et ratio est, quia, ut ipse docet questione 24. numero 6. isti contractus verbo tenus emptiones, & venditiones apparent; sed inest mutuum, quia fingitur pretium datum venditori, & ab eo ad emptorem profectum, atque in mutuum convertitur, vel mutuum datum, ut postea in pretium convertatur, & usura simulatur, vel in excessu pretii pro tarda solutione: vel in diminutione iusti pretii pro anticipata præstatione, quod lucratur qui pecunias offert, vel merces. Sic similiter quando res venditur habita fide de pretio majori, ut statim emptor vendat villiori pretio, ipsi primo venditori seu alii nomine illius, in pecunia numerata